



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 21. Carolstadii liber adversus Lutherum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1523.

§. XXI.

*Carolstadii liber adversus Lutherum.*

*Ludov. La-  
naterus hist.  
Sacram. de  
cœna Domini  
an. 1524. f. 2.*

Saxoniz Elector compertis hisce tumul-  
tibus haud diu Carolstadium suis in di-  
tionibus sustinuit, moxque eum excedere  
iussit, eodemque fato Martinus Rheinhardus  
Jenensis Præco e Saxonia ejectus  
est. Carolstadius vix urbe egressus da-  
tis ad Orlamundanos Cives literis gra-  
viter questus est, se violatis Christianæ  
charitatis legibus sollicitante Luthero  
nec auditum nec convictum, fuisse e Sa-  
xonia pulsum. Perlegebatur ejus epi-  
stola populo æris campani fonitu convo-  
cato; nemo tamen Carolstadii vicem do-  
lebat, quapropter Argentinam fugiens  
Basileæ duos libros typis vulgavit, qui  
tamen utrique parti æque displicebant,  
eosque Tigurinus Senatus, quem do-  
ctrinæ ibidem contentæ novitas ad id  
commovit, in ea urbe vendere, ac di-  
strahere prohibuit, nequicquam oblu-  
tante Zwinglio, qui hosce libros inof-  
fenso pede percurri posse contendebat.  
Agebat in illis Carolstadius de præsentia  
reali, docebatque, quod in Eucharistia  
Corpus ac Sanguis Christi haud conti-  
neatur, nec particula *Hoc* in verbis con-  
secrationis panem, quem Christus Di-  
scipulis suis distribuit, designet, sed ip-  
sum.



summet Christum Dominum indicet. saecul XVI.  
A.C. 1524.  
Eisdem quoque libros Argentinensis  
Magistratus prohibuit, atque omnes,  
qui illos divulgarent, carceribus inclu-  
di praecipit.

§. XXII.

*Anabaptistarum doctrina.*

**H**aud minori furore Nicolaus Storkius, Cochl. ann.  
1524. p. 108.  
Pallav. hist.  
l. 2. c. 12.  
& Thomas Münzerus Anabaptista-  
rum Duces doctrinae suae non minus im-  
pia quam seditiosae venenum ubique  
spargere pergebant. Docebant illi praeter  
errores supra memoratos adhuc se-  
quentes: I. Parvuli non sunt sacro fon-  
te tingendi. II. Verbum Dei scriptum  
contemnendum est, soli autem Spiritus  
motus sequendi veniunt. III. Qui ve-  
ram doctrinam amplectentur, liberta-  
tem Evangelicam profiteantur, omni-  
bus rebus terrenis valere iussis, mentem  
oculosque ad Deum intendant, seque  
protinus iterum baptizari sinant, illi  
vero omnes huic doctrinae contradicen-  
tes, Magistratus simul ac Principes, eo-  
quod electos Dei servos absque auctori-  
tate ac ratione opprimant, igne ferro-  
que ad interuersionem deleant, cum na-  
tura omnes liberos genuerit, ac fratres at-  
que omnia singulis esse communia volue-  
rit, nec gravari ab aliquibus permiserit,

E e 5

IV.